Fragmentarium

dabit inquit deo placacionem suam; Id est nullas sui actes
nullas graciarum acciones vel aliquarum hostiarum
laudes inveniet quas divine pietati que pro nostra redempcio
ne tam excellenter voluit humiliari et gratuito morti sub
ici ubi possit rependi; Huic utique misericordissime pietati nihil
dignum ab aliquo sanctorum quamvis perfectissimo eque potest re
compensari; Quod considerans alibi propheta dicebat; Quid retri
buam domino pro omnibus que retribuit mihi; Et laborabit in eter
num. s. ille iustus id est eternum premium pro laboribus et afflictio
nibus quibus in presenti carnem macerat et semet ipsum hostiam deo
immolat se percepturum confidit. ille enim in eternum laborat
qui non humani favoris auram expetit sed perpetua lauro insig
niri post ancxietatem querit; Et vivet in finem; Qui a in eter
num laboravit. mori secunda morte que pessima est non valebit
quin et iam tunc corporis melioris statu fiet; Non videbit interitum
id est non excipitur mortem eternam iustus; Cum viderit sapi
entes morientes: id est cum videbit in die iudicii sapientes et filo
sophos seculi dampnari quia nullas gracias egerunt conditori;
Hoc quidem cassiodorus; ceterum beatus geronimus de repro
bis interpretatur de infidelibus qui in virtute sua confidunt; Il
le inquit talis qui in Christo redempcionem humani generis imple
tam non credit; Non dabit deo placationem suam. id est non aget peni
tenciam; tunc namque illi digna placacio datur quando vera
poenitencia agitur; Et precium redempcionis anime sue. s.
non dabit deo. id est non facit elemosinas quibus peccata sua redimat.
Et laborabit in eternum. id est eterna tormenta pacietur; Et vivet
adhuc in finem que vita omni morte deterior erit; Vivet enim

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_104_65V – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4956)